

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

voce grandi et forti interiorē aures cordis mei. doce me. et
salua me. et collaudabo te. qui creasti me cum nihil essem. Qui
illuminasti me cum in tenebris essem. qui resuscitasti me. cum
mortuus essem. qui pascis me a iuuentute mea omnibus bonis
tuis hunc in vtilem vermem retentem peccatis nutris omnib⁹
bonis tuis. **A**peri mihi o clavis dauid. qui aperis et nemo clau
dit illi cui aperis tu. **C**laudis et nemo aperit illi cui tu claudis.
Aperi mihi ostium luminis tui. vt ingrediar et videam et co
gnoscam. et confitear tibi in toto corde meo. quia misericordia
tua magna est super me. et eruis animam meam ex inferno in
feriori. **D**omine deus noster q̄z ac mirabile ē nomen tuū. et q̄z
laudabile in vniuersa terra **E**t quid est homo quod memor es
cius aut filius hominis quia visitas eum. **D**omine spes san
ctorum et turris fortitudinis eorum. vita anime mee per quaz
vivo. sine qua morior. **L**umen oculorū meorum per quod vi
deo. sine quo orbor. **G**audium cordis mei. et letitia spirit⁹ mei
diligam te toto corde meo. tota anima mea et totis medullis et
visceribus meis. quia tu prior dilexisti me. **E**t vnde hoc mihi
o creator celi et terre et abyssi. qui bonorum meorum non indi
ges. **V**nde hoc mihi quia prior tu dilexisti me. **S**apientia que
aperis os mutorum. **V**erbum per quod facta sunt omnia.
aperi os meum. da mihi vocem laudis. vt enarrem omnia be
neficia tua. que mihi domine a principio contulisti. **A**cce enim
sum. q̄z tu me creasti. et vt me creares et numero creaturaz tua
rū numerares ab eterno pre ordinasti ante q̄z quicq̄z faceres
a principio. ante q̄z extenderes celos. nec dum erant abyssi. ad
huc terram non feceras. nec mentes fundaueras. nec dum fon
tes aquarum eruperant. ante q̄z hec omnia faceres per verbū
tuum me creaturam tuam fore. certissima veritatis tue. preui
disti providentia et creaturam tuam esse voluisti. **E**t vnde do
mine benignissime. deus altissime. pater misericordissime. cre
ator potentissime et semper mitissime. que mea merita. q̄ mea